



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 50. Papæ ac Imperatoris querelæ mutuæ ex occasione Tartarorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](#)

Sæcul. XIII.
A.C. 1241.

§. L.

Papæ ac Imperatoris querelæ mu-
tuæ ex occasione Tarta-
rorum.

XV. ep. 79. Ut primum Tartari Hungaros inva-
ap. Rain. riant, Rex Bela Papæ Gregorio rei
1241.n.18.19 notitiam dedit, qui 16 Jun. an. 1241 re-
 spondens, post communes consolationis
 locos eum ad generosam Regni defensio-
 nem animavit, subsidium generalibus pro-
 mittens verbis: simulque Episcopis Hun-
 gariae scripsit, ut sibi subjectis sacram
 contra Tartaros militiam suaderent, ean-
 dem, quæ Terram sanctam potentibus
 fieret, noxarum poenarumque condona-
 tionem offerendo. Cum Rex post suo
Ibid. n.27. rum stragem Stephanum Episcopum Vac-
 cianum in Italiam misisset cum epistolis
 ad Papam & Imperatorem, Gregorius ei
 rursum per officiosas sui Hungaricis in ma-
 lis luctus contestationes, ac generalia
 auxilii promissa respondit, in fine addens:
Si Fridericus, qui se Imperatorem dicit, sub-
missee se gerere ac Ecclesiæ subjicere vellet, ad
pacem cum eo jungendam parata esset, idque
foret medium tibi efficacius succurrendi. Da-
batur i Julii.

Contra Fridericus perhibebat, sibi, ne
 Hungariæ subveniret, Papam obstarere,
 qui Lombardos, cæterosque contra Impe-
 riū

rium rebelles Italos soveret. Atque hoc ^{Sæcul. XIII.}
elucet ex illius ad Regem Belam respon- ^{A.C. 1241.}
so, in quo dicit, sibi instaurandis in Italia
Imperii juribus occupato ad conficiendum <sup>Petr. de Vin.
lib. I. ep. 29.</sup>
hoc grande opus modico tempore opus
esse; omnesque labores ac sumptus ad
eam rem impensos, si de regione dece-
deret, inutiles fore. *E præterito, inquit,*
futurum metior. *Papa me absente Siciliam*
adoriretur, sicut fecit, cum in Terram san-
ctam proficiserer. *Quare omnia reliqui,*
ut Romam contenderem, cui propinquus jam
sum. In pacem assidue incumbo, quam me
obtenturum celerrime, & postea in Tartaros
iturum spero. In eandem sententiam ^{Ric. S. Ger.}
Regi Galliæ cæterisque Principibus Chri- ^{p. 1036.}
stianis epistolam scripsit, cujus hæc sum- <sup>Petr. Vin.
l. ep. 30.</sup>
ma est. *Audimus Tartaros Imperii finibus*
imminere, ejusque ac Ecclesiæ Romanae ex-
cidium meditari. Sed quanvis nos illis op-
ponere firmissime statuerimus, mala præsen-
tia depellere potius, quam intentata aver-
tere cogimur: nempe Italia, quam Papa in
nos commovet, subigenda nobis est. Itaque
vos omnes adhortamur, ut nobis Imperii ju-
ra redintegrantibus, vos interea hostis com-
muniis conatibus obviam eatis.

Easdem de Papa querimonias Impe- ^{ap. Matth.}
rator habuit in longa epistola ad Regem ^{Par. p. 469.}
Angliæ 3 Jul. data, in qua post descrip-
tos Tartarorum progressus, ac eversio-
nem Hungariæ ita loquitur: *Quoties Pa-*

C c 5 pam



Sæcul.XIII. A.C. 1241. *pam ad ineundam nobiscum pacem, & ad
destituendos Italos contra Imperium rebellis
permovere conati jam sumus! Sed impoten-
tem animi motum sequens, milites contra
nos ad sacræ crucis exercitum conscribi jussi,
qui adversum Tartaros vel Saracenos mit-
tendus erat. Porro Tartaros per explora-
tores omnem in partem missos compertum
dissidium nostrum, ut nos invaderent, stimu-
lavit. Si absque obstaculo Germaniam in-
trarent, haud diu expetandi reliquis esset
Principibus. His quoque ejusmodi epi-
stolas misit Imperator; & in illa, quam
ad Galliæ Regem scripsit, addebat: Mi-
ramur Gallos tam sagaces non præ cœteris
perspexisse Papæ artificia, cuius arrogantia
insatiabilis Christiana Regna omnia sibi sub-
jicere cupit, & Angliæ corona pedibus ob-
trita Imperium oppugnat.*

§. LI.

Mors Gregorii IX. & Cœlestini IV.

Ric. S. Ger. Fridericus urgebat iter Romam versus,
p. 1036. quo eum Cardinalis Joannes Colu-
mna invitaverat, qui eodem mense Julio
Papa relicto Præneste profectus aliqua
Romanis loca eripuit, & copias ab Impe-
ratore accepit. Is autem mense Augu-
sto Tibure in ditionem redacto, Romæ sem-
per magis appropinquans, occupatis qui-
busdam Coenobii Fabaritani castellis ad
Cryptam